



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Abdiae Babyloniae Primi Episcopi Ab Apostolis Constitviti, de historia certaminis Apostolici, libri decem**

**Abdias <Babylonius>**

**Coloniae, 1576**

**VD16 B 5299**

Liber Decimvs Certaminis Apostolici ab Abdia Babyloniæ Episcopo  
Hebraicè conscripti, & à Iulio Africano historico versi in linguam Latinam.  
De rebus à Beato Philippo Apostolo fœliciter gestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45288**



**LIBER DECIMVS CERTAMINIS** Apostolici ab **Abdia** Babylonica Episcopo Hebraicè conscripti, & à **Iulio Africano** historico versi in linguam Latinam. De rebus à **Beato Philippo** Apostolo feliciter gestis.



**Philippus** Petri & An- **B. Philippi** dreæ cōterraneus, ex origo- vico Galileæ Bethsai- da originē duxit: vocatusq; mox post Pe- trū, demū ad Apосто-

latus honorē peruenit. Qui vt socium haberet conuersionis, Nathanaelem *Tempus A-* quendam familiarem ad Christū du- *postolatus.* xit, quem Christus mox se agnouisse testatus est, sub ficu antequam à Phi- lippo illi esset adductus. Quod admi- *Charitas* ratur Nathanaël: qui nunquam antea *Apostoli.* viderat Christum, haud illibenter de- inde illi adhæsit, in parte societatis semper cum Philippo manens. Quo- rum hic pridē quā pateretur, cū in cæna audiret, neminem ad patrem nisi per eum venturum: Magistrum *Ioan. 14.* rogare cœpit, vt sibi ac discipulis

O s patrem



patrem ostēderet: quod quidem amore ille sempiternæ vitæ tum dixerat. At Christus obiurgans Philippū, quod tanto tēpore cum ipso esset, & tamen eum rectē adhuc non cognosceret. Et hæc omnia ante Christi passionem à Philippo gesta esse Euangelica nobis fides ostendit. Post ascensionem verò saluatoris, Beatus Philippus per annos viginti, instanter prædicauit Gentibus per Scythiam Euangelium. Vbi cū tentus esset à Gentibus, & ductus ad statuam Martis, & cōpelleretur ad sacrificandum, exijt de subius basim, in qua statua Martis stabat draco ingens, & percussit filium sacerdotis, qui ministrabat ignem sacrificij. Percussit etiam duos tribunos, qui præerant Prouinciæ, eius officiales tenebant in vinculo Apostolum. Porrò de flatu draconis oēs morbidi redditi, vehementer ægrotare cœperūt. Quod videns Apostolus, dixit illis: Audite consiliū meum, & recuperabitis sanitatem: sed & hi qui exinde erant mortui, resuscitabuntur oēs: draco quoque qui noxius vobis erat, in Dei nomine fugabitur. Dicunt ei ægroti: Quid faciemus? Quibus respondit Apo-

*Scythia obi-  
git sorte B.  
Philippo.*

*Filius sacer-  
dotis percus-  
sus à ser-  
pente.*

*Consilium  
Apostoli.*



Apostolus. Deijcite hunc Martem, & confringite, & in loco, in quo fixus videtur stare, crucem Domini mei Iesu Christi affigite, & hanc adorete. Tūc illi qui cruciabantur, cœperūt clamare: Recuperetur in nobis virtus, & deijciemus Martem. Facto itaq; silentio, *Coniuratur* Apostolus dixit. Præcipio tibi draco *demon.* in nomine Dñi Iesu Christi, exi de loco isto, & vade, & morare in loco deserto, vbi non est accessus hominū, & nulla vtilitas humanis cōmodis ministratur, ita vt vadēs nemini noceas. Tū draco illæ, sæuissimus exiēs cœpit abire festināter, & vltra nusquā comparuit. Philippus autem Pontificis filium, qui ignem ministrabat, & duos *Mortui re-* tribunos qui mortui fuerant suscita *surgunt.* uit, omnemq; turbā quæ morbis erat affecta de draconis flatu, sanitati restituit: Vnde factū est, vt vniuersi Phi- *Sanantur* lippum Apostolū qui persequebātur, *infirmi voce* pœnitentiam agerent, Deumq; hunc *Apostoli.* æstimantes adorarent: ipse autem per vnum annum iugiter doceret eos, quomodo mundi periclitanti aduentus Domini subuenisset, quomodo *Predicatio* natus ex virgine, quomodo passus, *B. Philippi.* quomodo sepultus die tertia resurre-  
 xerit



xerit: quomodo post resurrectionem,  
 eadem, quæ ante passionem suam do-  
 cuerat: quomodo videntibus Aposto-  
 lis ascendisset in cælos: quomodo de-  
 nique misisset Spiritū sanctum, quem  
 promiserat: qui veniens quasi ignis,  
 sedisset super Apostolos duodecim, &  
 omnium linguas ac sermocinationes  
 mentibus Apostolorum suorum in-  
 seruisset. Ex quorum ipse numero  
 huc missus, scire vos facio, idola vana  
 esse, & cultoribus suis inimica. Hæc  
 & his similia dicente Apostolo, credi-  
 derunt vniuersi populi. Et eliso Mar-  
 tis simulachro, multa millia homi-  
 num baptizata sunt. Ipse verò Aposto-  
 lus ordinatis presbyteris & diaconi-  
 bus, ordinato etiam Episcopo, & Ec-  
 clesijs multis constructis, per reuela-  
 tionem in Asiam reuersus est, & in ci-  
 uitate Hierapoli exinde commoraba-  
 tur. Vbi hæresim malignam Hebio-  
 nitarum extinxit: qui dicebant, non ve-  
 rum hominem natum, ex virgine Dei  
 filium assumpsisse. Erant autem isthic  
 duæ filix Apostoli virgines sacratissi-  
 mæ, per quas Deus multitudinem vir-  
 ginum lucratus est. Ipse autem Phi-  
 lippus ante septem dies migrationis  
 suæ

*Idola con-*

*fringuntur.*

*Presbyteri*

*& Diaconi*

*ordinantur.*

*Succesorem*

*relinquit a se*

*ordinatum*

*Episcopum*

*Hieropolim*

*reuertitur.*

*Hæresis He-*

*bionitarum*

*extinguitur.*

*Filiarum*

*Apost. ge-*

*sta*



suæ vocauit ad se omnes presbyteros  
 & diaconos, sed & vicinarum urbium  
 Episcopos, & dixit eis: Hos vij. dies  
 mihi Dominus in ista vita concessit:  
 quare memores estote doctrinæ Do-  
 mini nostri Iesu Christi, & stete aduer-  
 sus minas inimici viriliter. Dominus *Confirmat*  
 autem compleat promissa sua, & cor- *credentes.*  
 roboret Ecclesiam suam. Hæc & his  
 similia prædicans Apostolus Domini  
 Philippus, annorum octuaginta septē: *Mors beati*  
 perrexit ad Dominum, & in ea ciuita- *Philippi.*  
 te Hierapoli positum est sanctū corpus  
 eius. In cuius tumulo post aliquantos  
 annos, duæ sacræ virgines, filiæ eius *Scpultus est*  
 dextra læuāq; sepultæ sunt. Vbi præ- *Hierapoli.*  
 stantur beneficia Dei, orante Apосто-  
 lo, omnibus qui credunt vnum Deum *Iuxta sepul-*  
 patrem inuisibilē, incōprehensibilem, *chrum pa-*  
 & immensum, quē vidit hominū nul- *tris astant*  
 lus, neque videre potest: & in vnū eius *filij dextra*  
 vnigenitum Dominum nostrū Iesum *leuaque.*  
 Christum, qui crucifixus est pro sæculi  
 delictis: & in vnum postremò Spiritū  
 sanctum paracletum, inluminatorem  
 animarum nostrarū, & nūc & semper,  
 per infinita sæcula sæculorum, Amē.

*Finis Abdiæ Babylonia Episcopi.*

O 7

VITA